45) FREDERICO SPANHEMIO IOHANNES Coccejus. 78

Vir Reverende et Clarissime, frater et Symmysta in Christo honorande.

Quod opus tuum de Universalitate Gratiae oppositum Censurae D. Mosis Amyraldi in Theses tuas ~~nu~~ publici juris factum nobiscum communicare dignatus es, gratias debemus amplissimas, tum pro opera Ecclesiis fideliter navata, tum pro ~~exemplari~~ affectu, quo nos prosequeris. Caeterum quum una a nobis judicium nostrum de eo negotio & nova methodo, quam D. Amyraldus proponit, etiam atque etiam expetiveris, noluimus hac in re fratrum & amicorum deesse partibus; atque idcirco totum opus a capite ad calcem, ~~quam primum~~ inter ~~per~~ occupationes ~~varias licuit~~, evolvimus. Animadvertimus in ~~toto opere~~ eo diligentiam singularem, qua uti voluisti ~~ad~~ satisfacere ~~cuivis~~ scrupulis doctissimi Amyraldi, cum insigni conjunctam moderatione, ne quid ~~[illegible]~~ pravus affectus in animo fratris excitaretur, qui judicio officeret. De tota autem re, quanquam jam antea comperta est R. T. sententia nostra, sic censemus. Phrases ~~quae~~ quaedam non satis exquisitata in sermonibus cum veterum tum recentium

Theologorum reperiuntur, quae ex ana-
logia fidei et ipsorum principiis potius
juxta ~~ex~~ charitatis legem interpretandae erunt,
quam praeter intentionem usurpantium
eas ad enervandam analogiam fidei
adhibendae. Inter eas est illa, Christum
pro omnibus & singulis mortuum esse
sufficienter. Quae verba, si ex pondere
suo examinentur, idem significant,
quod alterum, ~~efficaciter~~ Christum pas-
sum esse pro omnibus & singulis effica-
citer. ⌈quemsensum ~~quod~~ tamen ~~negant~~ ~~illi~~ qui
non admittunt ii, qui illud dicunt.
Quid enim est efficaciter mori pro ali-
quo quam ut sponsorem alterius
~~loco~~ ~~constitutum~~ loco illius ⌈poenam
subire ad eum à poenam liberandum?
Est hoc ipsum in ~~gr~~ Graecorum voce
notat altera phrasis, qua dicitur Suffi-
cienter mortuus pro omnibus. Quidem
hoc est⌈aliud quam Christum sponsorem pro his
~~dedisse~~ ~~se~~ victimam (sive λύτρον ἀντί-
λυτρον) solvisse & poenam sufficienter
luisse, ita ut nihil neque ad satisfactio-
nem neque ad meritum desit, quo minus
liberentur ⌈& salvati fiant. Sed non hoc volebant
qui phrasin eam primo ~~fecerunt~~ protulerunt
~~ver~~ verum illud, Christum sic mortuum
esse, ut ⌈non modò omnibus ~~credentibus~~ electis, ~~sed etiam~~
sed & omnibus vocatis sufficiat illa mors,
~~cur non~~ ad objectum fidei constitu-
endum. Est enim Christus, & quidem
mortuus, arx Dei sufficiens ad salu-

~~legi obedientiam~~
~~praestitisse~~
Est vivificandum ultimo die?

tem omnibus, qui confugiunt ad illum.
Igitur ~~hac phrasi~~ per hanc phrasi sub
clypeo humanae autoritatis non erat
enervanda veritas, ~~qua secundum~~ Scri-
pturam ~~credimus~~ Ex quibus novimus, Gratia
Dei Patris & gratia Hominis Jesu
Christi, qui aeterno spiritu se obtulit
Patri, Christum Sponsorem & Caput
constitutum esse Ecclesiae suae; quod
est Semen promissionis: & secundum
hanc voluntatem sive sponsionem
~~Christi~~ τὸν λόγον ἐνανθρωπήσαντα
mortem subiisse, seque in victimam
obtulisse Patri, ut revera & ^ ~~in ipso~~
~~facto~~ illam liberaret à potestate
Diaboli & sibi in peculium + asse-
reret. Quae voluntas sive
Sponsio licet non excludat, quod minus
verum esse Deus voluerit, quod ex
ea sponsione consequitur, & verissi-
mum est; nim. quod omnis credens
servabitur, & F ~~Ego alius Petrus,~~
~~Paulus quivis alius~~, cui verbum
hoc salutis offertur, certissimè
serva~~ndus sit~~bitur si credat: nihilominus,
ubi Sponsionem aliquam vel inde-
finitam vel conditionatam, ~~et~~
ita voluntatem Dei Patris & Filii
de salute hominis indefinitam ~~et~~
aut conditionatam fingere ab-
surdissimum putamus. Tantumque
abest, ut prorogari possit Spon-
sioni Christi pro Ecclesia voluntas

^ pleno effectu atque eventu

+ ~~sibi~~ per fidem ^ uniendum, ^ ipsi

F quivis unus,

‡ qua Deus voluerit
omnes et singulos
per Christi ‡ satisfactio-
nem, pro ~~ipsis scilicet~~
iisdem omnibus et sin-
gulis sub eadem
conditione praestitam,
servari, si credant:

+ vocatorum

+ Dei

β Caeteroquin Nos ut
unum Dei ~~[illegible]~~ de-
cretum novimus, quo
ab aeterno decrevit omnia
ita fieri, quo modo fiunt
in tempore, et, quod vidit
"quem maxime
se "cum decore suo, ad ma-
nifestandas perfectiones
suas creaturis ad imagi-
nem suam factae vel
instaurandae, facere posse,
approbavit; ita non facilè
adducimur, ut discerpamus
unum decretum in multa et in
hunc ~~[illegible]~~ vel illum ordi-
nem dislocemus. quanquam
interim fatemur, totum decre-
tum Dei neque uno cogitatu ~~[illegible]~~ neque
uno dicto à nobis explanari;
saepissimè autem quum volunta-
tem Dei ad hunc vel illum actum
referimus, supponenda ~~[illegible]~~ volun-
tatem aliquando actus praecedentis,
aliquando et consequentis. prout
rerum ipsarum connexio exigit. ⊙

universalis sive indefinita et con-
ditionata, ‡ ut ~~[illegible]~~ nullam nisi
definitam et absolutam de salute
hominis Christo dati voluntatem nos
ex Scriptura didicisse profiteamur
idque bene, quod indefinitis et
conditionatis propositionibus in Scri-
pturis et secundum Scripturas de omni-
bus vel ad singulos + dicitur vel ~~[illegible]~~
dici potest, ~~[illegible]~~ nihil sit nisi
verissimum divini consilii con-
sectarium; quod voluntas + dicitur
quia Deus vult vera esse omnia
Decreti et verbi sui consectaria. [illegible]
Quod autem in Scripturis legitur
Christum esse pro omnibus, vel pro
mundo mortuum, miramur, qui-
dam latere, id dici ~~de iis omni-~~
bo modo, quo et Abrahamo omnes
gentes in filios et heredes
mundi ~~[illegible]~~ eidem data dicitur.
Nos quidem haec non potius
discere, PRO sive τὸ ὑπὲρ, sive
τὸ ἀντὶ, sive τὸ διὰ interpretetur
de ~~[illegible]~~ fine et mortis Christi ubi in
Scripturis sic usurpari, ut non si-
gnificet substitutionem victimae
"substitutione
piacularis, à qua "Christus dicitur
Agnus Dei tollens peccata mun-
di. Quam substitutionem non pos-
sumus vulgare et ad reprobos exten-
dere, nisi et passionem Christi [illegible]
~~[illegible]~~ voluntatem illam, qua sancti-
ficamur, et gratiam Patris et

Filii, quæ jurata est semini, vitaque.
Quare & phrasin illam, Christus est pro
omnibus mortuus, Ecclesiastico usu
ad homonymiam minime putamus
esse deflectendam, quasi notet, Chri-
stus est mortuus ex ea voluntate
ut mors ipsius non tantum electis
ad salutem sed et aliis ad magnam
utilitatem prodesset: vel sic, Christus
est mortuus ~~ut~~ cum ea voluntate, ut
esset sufficiens servator ~~[illegible]~~ omnibus
et singulis, si modò credant: (quasi
acceptabam — Salutem conditionatam impetraverit
Christus, & non salvationem per
fidei donum) vel sic; Christus est mortuus
F. indiscriminatim — cum ea voluntate, ut extaret verum
fidei ab omnibus exigendæ objectum.
Certi enim sumus tales καταχρήσεις
phrasium ~~à~~ Scripturæ ~~et~~ tum in in-
terpretatione ejus tum in Ecclesiastico
usu, magnas afferre tenebras mysterio
illaqueandi incauti- os, — pietatis, & iis, qui quærunt τὸ
[illegible] turbulentam præbere.
Quo magis dolemus, d. Amyraldum,
quod nobis præter omnem expecta-
tionem accidit, in illam partem
~~plus quam~~ nimis exorbitasse. nisi
voluit Deus, ut — hoc ~~debuit [illegible]~~ Ecclesia d. Amy-
raldi, ~~et~~ quamquam erroris
studio deberet, quod omni evacu-
ato dubio per te copiosissime

& nervosissimè ac manifestissimè
edocta est. ~~docerentur~~ Quod si D. Amyraldus
animadverterit (id ~~quod~~ animitus
precamur) sanè non infeliciter
se in aciem progressum ~~esse~~ gaude-
bit, ex quo victor erroris re-
deat. Veritas enim, à quocunque
doceamur, ~~(Nemo doceat autem~~ ~~doceatur, nisi quatenus ignarus & errans)~~ vestra est.

De caetero Deum precamur, ut
magis magisque lucem veritatis
suae extollat supra nos, ~~teque~~
& nosque in fide atque professione ~~professione &~~ veritatis
& charitatis opere perficiat;
~~Te~~ T. verò R.^m bono Eccle-
siae sospitet; —— cui pro
officio & affectu ~~animum~~ vicissim
amorem & cultum deferimus.

⊙ At non videmus, quid ad declara-
tionem mysterii Redemtionis nostræ
faciat, ut quotiescunque cogitamus
voluntatem absolutam Redimendi Ecclesiam
per Christum, toties simul cogitemus
et supponamus voluntatem
redimendi omnes & singulos sub
conditione. Neque verò aliud est,
quod illud præsupponi rogat. ~~Nam~~
~~si velis quis velit vocationem indiscretam~~
~~omnium id requirere~~ Nam nec
vocatio omnium indiscreta id exi-
git. ~~cui~~ sufficit, verum esse testi-
monium Dei de filio suo, quod
extat 1. Joh. 5. constans tribus
partibus. 1. Pater dedit ~~Filium et~~ vitam
~~quidem~~ Ecclesiæ. 2. In filio est
ea vita. 3. Qui ~~credit in~~ Filium
habet, nimirum per fidem, habet vitam. Sufficit, inquam,
ad fundandam indiscriminatam
vocationem veritas propositionis
tum illius Universalis, quæ extat Joh.
6: 40. Hæc est voluntas Patris, ut
omnis videns Filium & credens in
eum, habeat vitam æternam. ~~Cuius~~
Cuius universalis quoad eventum verificatur in Semine
promisso; tum illius hypo-
thetica, Si fiduciam ad finem
firmam retinuerimus, participes
Christi facti sumus. Atqui, ut

jam dictum, hoc sententia consequun-
tur verissimè ex ~~promissione, quae~~
promissione, qua Christo datur semen
de mundo servandum per fidem
in sanguine ipsius; nec propter illas
voluntas universalis et conditionata,
Deo indecora, excogitanda est.

1646.